



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

Probus, Johannes

Monachij, 1731

VD18 12260568

Caput XLVI. Quòd ex Horis Canonicis semper deberent fructum trahere
maximè laboravit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

rexit Monasterium, adventantes Clericos investivit, nec non competentem numerum instituit pro conversis; ferebatur namque idem Pater tanto Zelo animarum, quòd in uno Anno 14. Clericos investiverit, quibus ego, licet nondum bonus discipulus exstiterim, ordinatus eram in Magistrum, etenim cum tractandum fuerat in Conventu de investitione quorundam Clericorum, idem Prior, quia præcipuus erat Zelator animarum, omnia, quæ ad hoc perferre potuit, ut assumerentur, peregit studiosè, insuper inter alia agebat, *Fratres attendatis, misericordiam in petentibus jam facere non cessetis.*

C A P U T XLVI.

Quòd ex Horis Canonicis semper deberent fructum trahere maximè laboravit.

Sæpius etiam contigit, quòd idem Venerabilis Pater post dictas Primas in loco Capitulari quosdam Fratres, aut quasi omnes, unumque singulariter tamen interrogavit, qualem fructum ex tum dictis Primis vel etiam ex præcedentibus Matutinis sibi extraxisset, per hanc enim exercitationem Fratres suos multum sollicitos reddidit, ut spirituales fructum ex Horis Canonicis & Divino Officio ad eorum profectum haurirent & retinerent, implerètque in eis, quod S. Augustini Regula præcipit: *Hoc versetur in corde, quod profertur in ore.*

C A P U T XLVII.

De hoc quòd Fratres interrogavit, quale vitium eos maximè infestaret.

I^N prædicto etiam Capitulari loco, ut Fratres nociva tentatione contempta in spiritu liberos redderet, sæpissimè à quibusdā sciscitabatur, quo vitio & tentatione maximè tentarentur? Ad quam interrogationem hi, qui ad puritatem cordis præ ceteris virtutibus anhelabant, Prælato suo tale responsum dederunt: *Pater libentius*